



0005608214

K 5608214

D 5733437

Cas 35

ROVERETO_CIVICA

Sezione n. 2

ICONOGRAFIA ROVERETANA

13

**Privilegio di Massimiliano I
concesso alla città di Rovereto (1510)**



Privilegio di Massimiliano I imperatore concesso alla città di Rovereto (1510)

1510 novembre 3, Breisach.

L'imperatore Massimiliano I conferma, con alcune modifiche, privilegi e consuetudini alla città e alla pretura di Rovereto.

Rovereto, Biblioteca civica, pergamena n. 351; mm. 660 x 475. Scrittura cancelleresca; miniature degli stemmi di Rovereto, del Tirolo e dell'impero e di motivi floreali e animali. Il documento manca del sigillo imperiale pur presentando i fori per gli allacci dello stesso. Presso la Biblioteca civica di Rovereto è conservata anche una copia notarile del privilegio (pergamena n. 352).

Maximilianus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus ac Germaniae, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex, archidux Austriae, dux Lottoringiae, Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, Limburgiae, Lucemburgiae et Geldriae, lantgravius Alsatie, princeps Sveviae, palatinus Habsburgiae, Hannoniae, princeps et comes Burgundiae, Flandriae, Tirolis, Goritiae, Artesii, Holandiae, Selandiae, Ferretis, Kiburgiae, Namurci et Zutphaniae, marchio Sacri Romani Imperii super Anasum et Burgoviae, dominus Frisiae, Marchiae, Sclavonicae, Portus Naonis et Salinarum etc. Ad perpetuam rei memoriam.

Splendor maiestatis cesareae in excelso solio constitutus tanto amplioribus laudibus et preconiiis extollitur, quanto uberioribus gratiis et concessionibus benemeritis prosequitur. Cum igitur fideles nostri dilecti consules, cives et communitas oppidi nostri Roveredi nonnullas observationes, ordinationes, statuta, capitula, consuetudines, exemptiones, immunitates, privilegia, gratias, libertates et donationes, quibus hactenus in eorum republica regenda, gubernanda et conservanda et civibus et incolis iustitia administranda usi fuere, per oratores suos, specialiter ad hoc deputatos, nobis obtulerint, nos pro Cesarea dignitate dignum duximus ipsis pro eorum benemeritis gratia et munificentia nostra respondere, ut dignam beneficiorum recompensam sentiant et in bona pace et tranquillitate conservati in fide et observantia erga nos solide persistere et in dies magis atque magis augeri possint.

Idcirco motu proprio ex certa scientia procerum et fidelium nostrorum accedente consilio de potestatis nostrae plenitudine decrevimus, ordinavimus et declaravimus et hoc imperiali edicto sancimus, decernimus, ordinamus et declaramus, quod prefatum oppidum, communitas et homines Roveredi et Villae Avolani, Sachi, Lizanae, Marchi, Pomaroli, Clusolis, Pedersani, Villarse, Trambelini, Norei, Terragnoli, Fulgariae, Nomesini et Manzani, cum omnibus incolis, iuribus, rebus et bonis eorum sint, habeantur et teneantur sub umbra et protectione nostra, quodque eorum statuta, constitutiones, privilegia, immunitates, exemptiones, ordinationes, iura et consuetudines, quae habuerunt et exercuerunt, conserventur et in illis manuteneantur et ius habeant et accipiant a pretore Roveredi, quemadmodum antiquitus observatum fuit. Et quia ipsorum maiores tam a dominio veneto quam a nobilibus, ignobilibus et comunitatibus nonnulla bona emerunt et acquisiverunt et illa hactenus pacifice tenuerunt et possederunt, nos huiusmodi acquisitiones per ipsos, seu eorum maiores quovismodo et a quibuscumque factas, approbamus et ratificamus, indulgentes quod ipsi de Roveredo cum villis antedictis possint et valeant pro usu et necessitate sua merces comeatum et alia ipsis necessaria, excepto vino, ex omnibus terris et locis maiestatis nostrae, quas in presentia tenemus et in futurum obtinere contingeret, extrahere et conducere et e converso ipsorum comeatum et merces excepto vino illuc conducere et vendere, quemadmodum ceteri subditi comitatus nostri Tirolensis extrahere et conducere possunt nec deterioris conditionis habeantur de mercibus, tamen inducta antiquitus consuetudo observetur.

Preterea ut petentibus expeditum ius dicere et unicuique quod suum est tribuere possint, predictis civibus et communitati concedimus et elargimur quod semper, pretore eorum officio functo, ex terris nostris quibuscumque preterquam ex Roveredo tres legum doctores linguam italicam callentes eligere et illos maiestati nostrae seu locumtenti aut capitaneo nostro Roveredi presentare possint, ex quibus si habiles invenirentur prefatus locumtens seu capitaneus noster unum in potestatem assumere et confirmare debeat et si forte ex illis tribus nullus habilis videretur aut aliae causae obsessent, tunc ipsi de Roveredo alios eligere et presentare teneantur, quousque unus confirmetur, qui confirmatus per sexdecim menses continuos officium preturae, quemadmodum solitum est, observatumque tam in ipsos cives et incolas oppidi Roveredi, quam villarum supra scriptarum in civilibus et criminalibus causis ius dicere, exercere et administrare possit. Et quod quatuor vicariatus Murii, Brentonici Avii et Allae quo ad forum iurisdictionem et potestariam Roveredi remaneant eo modo et forma prout erant sub dominio Venetorum. Ita tamen quod pro contractibus

factis seu fiendis in oppido seu terra Roveredi cum hominibus ibidem teneantur venire ad forum Roveredi et quod dictus pretor pro mercede et salario suo habeat de quacumque sententia diffinitiva quam tulerit pro qualibet libra solidum unum; de sententiis vero confessis sigillo et examinatione testium nihil habeat; de omni decreto solidos viginti. Et si extra terram Roveredi equitare et differentias aliquas inquirere contingeret pro qualibet equitatione habeat ducatum unum; et quod ipse pretor nullum ad torturam subicere aut torqueri possit nisi presentibus duobus provisoribus oppidi Roveredi.

Volumus tamen quod omnes et singule appellationes ab eo factae ad regentes nostros in Insprugk devolvantur, exceptis causis quae sapientis consilio committuntur, quae in appellationibus committi possint eo modo quo sit in causa principali donec duae sententiae priori conformes late fuerint, de quibus ita latis ulterius appellari aut reclamari nec de nullitate excipi possit. Et ut ipsi de Roveredo portas et pontes restaurare et reficere possint ipsis indulgimus ut condemnationes tam de eorum incolis et civibus quam aliis supranominatis villis et locis fiendae et sumendae devolvantur eorum communitati et reipublice pro edificiis necessariis ut prefertur fiendis et reficiendis. Insuper ut se maioribus gratiis et liberalitatibus sentiant esse condonatos prefatis de Roveredo tantum concessimus et indulgimus quod unam salariam seu domum pro vendendo sale exigere et statuere et ibi suis tantum sal vendere possint illaque utilitas communitati eorum spectet dummodo tamen illud sal ex dominio nostro accipiant et conducant.

Ipsis preterea concedimus et largimur cancellariam civilem et criminalem oppidi Roveredi, ita quod ipsi illam deinceps usque ad beneplacitum nostrum habere et illi cancellarium et scribas preficere illisque ordinem dare possint et valeant. Ipsis etiam omnia eorum privilegia, gratias, libertates et donationes, quae et quas habuerunt, obtinuerunt et usi fuerunt, confirmavimus et corroboravimus et de prefata potestatis nostre plenitudine confirmamus et corroboramus, volentes et decernentes quod illa in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, verbis, tenoribus, sententiis et continentis firma et valida sint et ita teneantur et observentur et ipsi de Roveredo illis uti, frui et gaudere possint et valeant, quo se sub umbra maiestatis nostrae magis liberos sentiant, supplentes omnes et singulos defectus, tam iuris quam facti, si qui in premissis quomodocumque intervenerint, non obstantibus etiam aliquibus legibus, iuribus, rescriptis, concessionibus et indultis in contrarium disponentibus, quibus omnibus, in quantum huic nostrae constitutioni et concessionem contravenirent, in hac parte dumtaxat derogamus et derogatum esse declaramus.

Mandamus idcirco universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus, archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, clientibus, capitaneis, prefectis oppidorum villarum et locorum, communitatibus et rectoribus eorundem ceterisque officialibus et fidelibus nostris cuiuscumque status, gradus aut conditionis existant, ut prefatos consules cives et incolas oppidi nostri Roveredi et villarum supra scriptarum in prefatis constitutionibus, privilegiis, ordinationibus, observationibus, iuribus et consuetudinibus non impediunt, sed illis libere uti et frui permittant in quantum indignationem nostram gravissimam et penam quinquaginta marcarum auri puri pro medietate fisco nostro pro reliqua dimidia iniuriam passorum usibus applicandam evitare voluerint. Harum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munitarum.

Datum in oppido nostro Brisacho die tertio mensis novembris anno Domini millesimo quingentesimo et decimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo quinto, Hungariae vero vigesimo primo.

[a tergo:]

Ad mandatum domini Imperatoris proprium
Christophorus Hofman¹

¹ Altre scritte a tergo: "Privilegio di Massimiliano Imp. 3 novembre 1510. Originale"; "n. 1 (registra)ta"; "n. 1 18 maggio 1781"; "Massimiliano 1524"; "Ma n. 1".

In questa occasione presentiamo la traduzione del documento realizzata dalla cl. 3. A (a. scol. 1976/77) del Liceo scientifico "A. Rosmini" nell'ambito di un progetto scuola - biblioteca coordinato dalla prof. Virginia Crespi Tranquillini (pubblicata in "Ricerche di storia locale", n. 1 (1977), p. 90-92).

Riconoscimento da parte dell'imperatore Massimiliano dei diritti acquisiti dai Roveretani durante la dominazione veneta (1510).

Massimiliano per grazia di Dio sempre augusto re de' Romani, di Germania, Ungheria e Dalmazia, arciduca d'Austria ecc. a perpetua memoria [...].

Lo splendore della cesarea maestà, costituito sopra un augusto soglio, si innalza con tanto maggiori lodi, con tanta maggior abbondanza di grazie e di concessioni ricolma i suoi benemeriti.

Avendoci dunque presentate gli oratori a ciò specialmente deputati a nome dei fedeli nostri consoli, cittadini e membri della comunità di Rovereto alcune osservazioni, ordinanze, statuti, capitoli, consuetudini, esenzioni, immunità, privilegi, grazie, libertà e donazioni, che furono accordate per la pubblica amministrazione delle cose loro, per dirigere, governare, ed amministrare la giustizia a que' cittadini, noi abbiamo ritenuto degno della imperial nostra dignità, di far loro sentire con degna e benefica ricompensa de' loro meriti presso la munificenza nostra sovrana, acciò in buona pace e tranquillità conservati sieno nella loro fede, e possano nella loro fedeltà ed osservanza perseverar fedelmente, ed anzi accrescerla di giorno in giorno.

Con piena conoscenza di causa, e dopo maturo esame nella pienezza del nostro potere, ordinammo che questo nostro imperiale decreto sia sancito, approvato, ed abbia ogni legalità, dichiarando e ordinando che la prefata città, la comunità e i cittadini di Rovereto e dei paesi di Volano, Marco, Sacco, di Lizzana, Pomarolo, Chiusole, Pedersano, Vallarsa, Trembileno, Noriglio, Terragnolo, Folgheria, Nomesino, Manzano, con tutti i loro abitanti, diritti, cose e proprietà, sieno loro proprie e si tengano da essi sotto l'ombra della protezione nostra. Che i loro privilegi d'ogni specie fino qui goduti ed esercitati vengano loro conservati e mantenuti, e ne abbiano ogni diritto, ricevendolo dal pretore di Rovereto come anticamente fu osservato.

E posciachè i loro maggiori tanto dal veneto dominio, come dai nobili e dagli ignobili e dalle comunità comperarono alcuni beni, che finora si tennero, possedettero e godettero in pace, così noi approviamo e rettifichiamo le compre fatte da essi cittadini e loro maggiori. Che essi possano, eccettuato il vino, per l'uso loro e per il loro bisogno acquistare dove essi vogliano, ed estrarre dalle terre a noi soggette presentemente tutte le merci e vettovaglie d'ogni sorta senza alcun dazio o peso; e così possano fare altrettanto, col poter dove meglio loro aggrada, nelle nostre terre vendere le loro derrate e merci, eccetto il vino, e questo permesso si estende anche a tutte le terre che fossimo in avvenire per acquistare al nostro dominio, osservando riguardo alle merci le antiche costumanze.

Concediamo che i predetti cittadini possano eleggere tre giurisdicenti di lingua italiana, da presentare a noi o a chi per noi in questa terra, e questi trovati idonei venga uno di essi eletto a podestà, ed in questa carica confermato e per sedici mesi d'ufficio, come fu sempre osservato; essi in civile e criminale amministrino la giustizia.

Che li quattro vicariati Mori, Brentonico, Avio ed Ala rimangano sottoposti al foro giudiziario della podesteria di Rovereto, nella stessa maniera come lo erano prima sotto al veneto ducale dominio; e pei contratti che si faranno nella terra di Rovereto, venendo al foro per qualche contrasto, pagar debbano come mercede e salario del giudice per ogni sentenza definitiva, un soldo per lira; della sentenza, difesa, sigillo, ed esame di testimoni, niente; e solo soldi 20 per ogni decreto, e se per qualche differenza il detto podestà dovesse portarsi a giudicare fuori dell'ufficio abbia per sua mercede un ducato.

Che il podestà non possa dar la corda o tortura ad alcuna persona senza la presenza di due provveditori della città di Rovereto.

Che non si possa fare appellazione per due eguali sentenze. L'obbligo di mantenere i pubblici edifici incombe agli abitanti della valle. Acciò sentano maggior beneficio del favore che loro vien fatto, s'accorda loro il diritto di avere una cantina, dove sia venduto pubblicamente il sale che viene estratto dai nostri domini.

Viene per ultimo accordata una cancelleria per civile e criminale per il pubblico ordine e vantaggio.

Confermiamo pure tutti i privilegi, grazie, libertà e donazioni che hanno goduto per lo passato, confermando e volendo che ciò sia goduto pienamente e liberamente sotto l'ombra della maestà nostra e da tutti osservato.

La concessione di questi privilegi si deve riguardare come una conferma delle convenzioni stabilite in Trento, all'epoca della dedizione. Convenzione e privilegi che egli accorda, conferma e corrobora coi suoi pieni poteri, volendo che essi possano goderne, fino che essi resteranno sotto la protezione imperiale, e che nessuno possa derogare da essi.

Ordina per ultimo a tutti i principi ed altre autorità secolari, militari e ecclesiastiche, che pena la imperiale indignazione non possano né adesso né in avvenire contrariare a lor privilegi e loro ne sia permesso il libero e dovuto godimento.

Come autenticazione viene apposto suggello imperiale.
Dato nella nostra città di Brisacco ai 3 novembre 1510 del regno de' Romani 25, di Ungheria 21.

BIBLIOGRAFIA:

BARONI CAVALCABÒ, CLEMENTE

Idea della storia e delle consuetudini antiche della Valle Lagarina ed in particolare del Roveretano / di un socio dell'imp. reg. Accademia degli Agiati. - [Rovereto: s.n.], 1777; contiene una trascrizione parziale del documento, p. 215-216.

Ricerca su La dominazione veneziana in Rovereto / hanno collaborato Broggi Carla ... [et al.] della III A del Liceo scientifico Antonio Rosmini - Rovereto, in "Ricerche di storia locale" / Liceo Ginnasio A. Rosmini, Biblioteca civica di Rovereto; n. 1 (1977), p. 61-93

CHIUSOLE, PIO

Regesto delle pergamene della Biblioteca civica di Rovereto / a cura di Pio Chiusole; presentazione del prof. Ferruccio Trentini. - Rovereto: Biblioteca civica, 1972, p. 77

ICONOGRAFIA ROVERETANA

Biblioteca Civica "G. Tartarotti"

Collana diretta da Gianmario Baldi

1. *Rovereto e il suo castello in due acquerelli del Ferdinandeum di Innsbruck*, 1992.
2. *Panorama di Rovereto di Pietro Andreis (1823ca.)*, 1993.
3. *Due vedute di Rovereto (1842 ca.) di G.M. Kurtz e L. Lange*, 1994.
4. *Rovereto nel Settecento*, 1995.
5. *Rovereto nell'opera di Franz (Franciscus) Nigrinus (1703)*, 1996.
6. *Rovereto nell'opera di Gabriel Bodenehr (1673-1765)*, 1997.
7. *Rovereto nell'opera di Matthäus Merian (1593-1651)*, 1998.
8. *Rovereto nell'opera di Friedrich Würthle (1820-1902)*, 1999.
9. *Rovereto nell'opera di Georg Pezolt (1810-1878)*, 2000.
10. *Rovereto nell'opera di Chapuy (1790-1858) e Sabatier (?-1887)*, 2001.
11. *Rovereto - Borgo Sacco (1827)*, 2001.
12. *Rovereto in una rara immagine di autore ignoto (sec. XIX)*, 2002.
13. *Privilegio di Massimiliano I concesso alla città di Rovereto (1510)*, 2003.

1842